

114  
dixit apłs ex dō omnia. & p filium omnia. ut separabilem substantiam patris filique signaret. sed ut in confusibili distinctione. quod alius pater. alius filius sit edoceret. Non igitur tamquam compugnantes syllabę iste. sed tamquā socię atq; concordę sunt. ut & iam uni sepe conueniant. sicut scriptum est. quia ex ipso & p ipsum & in ipso omnia. Quod si uere consideres unde translatum sit. de filio dictum eē non ambiges. Dicit enim apłs. secundum prophetiam esaię. Quis cognouit sensum dñi. aut quis consiliarius eius fuit. Et addidit. quia ex ipso & p ipsum & in ipso omnia. Quod esaias de operatore omnium dixit. sicut habes. Quis mensus est manu aquam. & celum palmo. & uniuersam terrā clausam manu. Quis statuit montes in libra. & rupes in statera. Quis cognouit sensum dñi. aut quis consiliarius eius fuit. Quid est ex ipso. quod ex ipsius uoluntate natura sit omnium. & ipse sit auctor omnium. que eē coeperunt. Per ipsum quid est. quia p ipsum consistentia. & p seuerantia omnib; impetita uideatur. In ipso quid est.